UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Vsu. & fructi. leg. & fideico[m]miss.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

iure Ro. nisi ad debitum carnis, vt hic not. & notatur Institu. ad Tertul. in prin. & ff. de ser. fug. l. si. & vide Bar. in l. j. §. fi. per illum tex. ff. de in. ur. & Bal. in l. si in minita. de nup. & vide Bar. & Imo. in l. rei iudi. §. f. cum l. seq. ff. sol. matr. & vide tex. not. in l. pen. ff. de his quibus, vt indig. vbi videtur esse etiã in potestate soceri quo ad reuerentiam.

LEX VII.

1 ☞ Conditio que sit, & que indiuidua.
2 Conditio indiuidua relata ad plures, quando diuidi possit.
3 Cõditio indiuidua adiecta pluribus qñ debeat per oẽs impleri.
4 Implementum vnius quando prosit non implenti.

a **Iplures.** a Pluralitas geminat singularitates, & implemẽtum cõditionis prodest implenti, & non alij. h. d. Ad euidentiam scias † quod
1 quedam est conditio diuidua qui cõsistit in dando quantitatem, & de ista non loquitur ista lex. Est quedam alia conditio indiuidua, & de ista loquitur hic. Tamen cõditio ista indiuidua potest assumi duplici modo. Primo conditio indiuidua, que potest esse vna, & communis omnibus exemplum, si feceritis domũ, lego centum. Quedam conditio est indiuidua, que est proprie in persona cuiuslibet, quia non potest fieri pro parte, sed est proprie in persona cuiusque, quia alius est ascẽsus tuus, alius ascẽsus meus, & de istis duabus potest intelligi hec l. Et Cy. hic recitat petitionem Pet. que est multum subtilis, vtilis, & pulchra. Oppo. de l. si quis legata. §. fi. de condi. & demon. Sol. hic loquitur in conditio-
2 ne indiuidua ibi in ea que est diuidua in † qua dic, aut ab initio apponitur in personis plurium, & potest diuidi, vt l. in cõtraria. Aut op. in persona vnius, licet ex post facto deueniatur ad plures, & non potest diuidi, vt l. cui fundus. §. fi. ff. de condi. & demon. Fallit quando legatum scinditur, quia tunc scinditur conditio, vt l. Plautius. de condit. & demon. Fallit quando ex post facto cepit esse impossibile impleri totam, vt l. pen. circa princ. ff. de con-
3 dit. & demõ. † Circa conditionem indiuiduam adiectam pluribus quero pri. no, an debeat per oẽs impleri. Breuiter dic, aut constat de mente testatoris, quid senserit, & stamus certo. In dubio pso-
4 na vnius non habet impedire vt implentem, vt l. si ita fuerit. de manu. test. † Quero secundo, vtrum si vnus adimpleat prosit alteri non impleti. Dic aut constat de mente testatoris, & stamus certo aut non. & in dubio videtur velle quod prosit tantum impleti, vt hic, & d. l. si ita fuerit. de manu. test. Vide gl. j. in fi. dic ibi diuidua, & separatim tamen ẽ estetur in persona cuiuslibet, ipsa tamen de se est indiuidua, & de hoc tamen potest intelligi ista lex.

ADDITIO.

a ☞ Si plures. Circa istam materiam vide omnino Barto. consil. clxxxv. ij.

LEX VII.

1 ☞ Cõditio de dãdo, si deficiat per casum, qñ habeat pro impleta.
2 Conditio de dando pecuniam, vel aliam rem dicitur in ista.
3 Si creditor est in mora recipiendi quando possit iterum petere.

a **Qm quidam.** a Conditio in dando libertatem adiecta, si ceso vel facto eius, cui debeat dari deficiat pro impleta habetur, secus si facto serui, seruus tamen ad dandum remanet obligatus, qñ
1 casu deficit. h. d. † In primo dicto habetis quod si illa cõditio deficit per casum habetur pro impleta contra. §. eo. l. legatũ. Bl hic videtur dicere, quod speciale est hic in libertate, & vide gl. super verbo heredem, & vide etiam gl. que incipit, aliud est in contractibus que videtur idem dicere, & hec est specialitas in hoc, q. conditio mista regulariter deficiens per casum, facit dispositionẽ deficere, vt l. in testamento. de condi. & demon. & l. legatũ §. eo. Doct. Ultramon. dicunt, quod hoc non est verum, nec est cõditio mista, sed potestatiua tm, nam cum consistat in dando lex hꝫ pro certo quod ille, cui debet dari recipiet, vnde debet dici potestatiua, et ideo si deficit per casum, debet haberi pro impleta, vt l. que sub conditione, §. quoties. ff. de condi. insti. & habuistis not. in l. j. §. de instit. & substit. sub condi. fac. Sed gl. dt melius, quã dixerint ipsi
2 † q. cõditio in dãdo pecuniã, vel aliã rẽ dr mista. Casus est in l. cũ ita datur. de cõdi. & demõ. Secus in cõditione de dãdo libertatẽ, vt d. §. quoties. Opp. sedo dr hic in vltima parte leg. quod seruus remanet obligatus heredi. Contra §. an serꝰ ex suo facto. l. j. Sol. causa libertatis potest seruꝰ obligari dño, vt l. promisse. §. an seruus ex suo facto. Sed contra hoc instatur illud quod est in cõditione, non est in obligatione, vt l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. caus. test. habuist. s not. §. tit. j. l. si. Sol. Specialis casus, est hic, vt illud, quod est in cõditione, fit in obligatione. Ratio, quia seruus consequitur libertatem fauore speciali contra regulas iuris communis, in hoc grauatur, vt teneatur conditionem implere contra regulas iuris communis. Item op. ad hoc casus fortuitus liberat debitorem speciei, vt l. contractus. ff. de reg. iur. & l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. hic in fi. dicitur contrarium. Sol. similiter casus specialis est, hac cadẽ rõne qua. ℣. Ulterius op. dr hic quod qñ stetit per heredẽ, ipse non poterit decetero pe-
b tere. Contrarium. ff. de statu. libe. l. si peculium b in prin. Sol. Illa l. nihil ad propositum, quia ibi loquitur quando dandum erat al-
3 teri, non heredi impedienti. Item opp. ad hoc, † c. istud est magis no. si creditor est in mora recipiendi vna vice, nihilominus potest iterum petere, vt l. qui decem. in princ. ff. de sol. & l. si debitor. Solu. dicunt quidã, aliud in contractibus vt ibi aliud in vltimis voluntatibus vt hic, & hoc tenebat Jo. Alij dicũt q. immo. ibi, & hic q. heres, qui semel recusauit, iterũ poterit petere, mst res sit amissa, & in hoc videtur residere glo. tua. Istud cõiter reprobatur per nos doc. & bene. Nam debes scire quod qñ aliquid est in obligatione, tunc si creditor est in mora recipiendi nõ extinguitur obligatio, ppter hoc, & ideo volẽs iterũ petere, potest, nisi res sit amissa, vt in contrario, siue ponamus debitum ex cõtractu, siue ex vltima voluntate, non curo. Qñq; aliquid non est in obligatione, sed in conditione, tunc offerẽdo ei, cui dari debet statim est impleta cõditio. Qñ nmq; ille, cui debebat dari, poterit decetero petere, hic est casus hic. Rõ, q. deficit actio, & obligatio. ☞ an pri-
✱ exceptionis ✱ possit illud cõsequi, est aduertẽdum, nã, vt dixi, condi-
c. ditio habetur pro impleta, si stat per eum qui non vult recipere. Aut ergo pro impleta habita cõditione dispositio trahit locum executionẽ, quo ad ius, & quo ad factum, ita quod nõ exprimitur aliqua executio alia hois, vt in libertate, & tunc ẽt per exceptionẽ non põt sibi cõsulere hic est casus hic. ☞ si dispositio egeret alicuius hois executione, puta testator legauit mihi librum, si dare decẽ, licet herede nolente recipere, & cõditione habita pro impleta fiat executio per ius, q. transit in me dominium libri, tñ adhuc est necessaria executio hois scilicet, quod mihi tradat. & tunc forte ope exceptionis potest heres consequi illud quod semel repudiauit. & hoc casu potest dicere verum ista gl. argu. d. l. qui decem
d de sol. Istud quod ego dixi videtur contra istum text. ✱ nam hic, quod relinquitur in vim conditionis, est in obligatione, vt dixi. Respon. in obligatione ex vno casu tantum, scilicet, quando seruus fuit impeditus casu fortuito, alias non.

ADDITIONES.

a ALEX. ☞ Cum quidam. Circa not. hic per Bar. Adde Bar. in l. in testamento. la ii. de condit. & dem. & Bal. hic & in l. j. §. de vulgari, & substit. & subdit. fact.
b ALEX. ☞ Si peculium. Ad intellectum huius legis vide Bar. in l. cui fundum. ff. de cõdi. & demõ. & quod no. in l. pr. §. fi. eo. tit. per Cy. in l. si plures. & ibi Bal. & Bal. post Bar. in l. acceptã. in v. & vj. q. de vsu. & hic. Adde Bal. in l. j. ad fi. de instit. & substit.
✱ CLAVD. DE SEISS. ☞ Aliã exceptionis. Secus esset si in modo, puta quia legatur ita quod legatarius debet heredi, licet semel stet per heredem, tamen si postea petat, & legatarius recusset, priuabitur legato ita consuluit Alex. consi. cij. in j. vol.
c P. PAV. P. ☞ Pro impleta. Casus est in l. si heres cui. ff. ad leg. fal. fm Roma. exclamantem sing. dxxxij. inci. est magna quẽ.
d ALEX. ☞ Istum text. In contrarium l. si heres cui. circa in tit. & ibi per Imo. ff. ad l. falc.

---

a De vsu. & fru. a leg. vel fideicom. Rubr. XLVII.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ☞ De vsu. & fruc. Vide in hac materia Roma consi. clxvj.

LEX I.

Legatorum. In legatis, & fideicomissis tenetur heres de vsuris, & fructibus a tempore more, si iustam causam non habuit litigãdi. h. d. eo. tit. op. de leg. l. si quis seruo. l. Titia Seio. §. vsuras. Sol. intellige hic a tempore litis contest. non quãdo mora precesserat quia tunc tenetur a tempore more, vt in gl.

LEX II.

Aduersus. Teneatis mẽti hãc l. & modum ciendi istas estimationes, & istas calculationes, q. qñq; eliguntur arbitri ad hoc faciendum a partibus, vt l. hac edictali. §. bis illud. de secun. nupt. vbi diri vobis. Qñq; eliguntur a iudice vt videtis hic, & tunc iuratur terminus partibus. Facit ff. si cui plus, quã per leg. falc. Adiuratur. Ad istum modum estimandi facit de iure do. impe. l. fructus. De dando isto arbitro ad calculationẽ facit l. Labeo. §. nulla tuli. Facit etiam §. de fide instru. l. comparationes.

LEX IIII.

a **In legatis.** a Op. de l. grege. de leg. j. & de l. peculium. Sol. Ibi loquitur in legato vniuersali, in quo fructus qui augent gregem seu aliud vniuersale legatum, cedunt legato a tempore testamenti, hic loquitur in legatis particularibus. ☞ Oppo. secundo quod fructus

fructus pertineat ad legatariũ a tpe mortis, seu adite hereditatis, vt l heremius.ff.de vsur. Bl. hic dr quod ista l. debet intelligi quando legauit testator rem alienam, secus si rem propriã. Tunc enim cum statim transeat dominium in legatarium, statim heres tenebitur de fructibus. Vide gl. Istud nõ videt verũ p hunc ter. qui dicit siue is rẽ. siue in persona agatur. Si eũ esset legata res aliena, non posset agi in rẽ, vt dixi in l. j. & ij. §. cõia de leg. ergo loquitur qũ legauit rem propriam. Dicunt * ergo vltra, q̃ ad fructus perceptos tenetur heres a tpe adite hereditatis, vt d. l. heremius, de percipiend. s vero a tempore more. Ita loquitur hic.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ In legatis. De intellectu huius ter. vide Bar. in l. seruo legato. ff. de leg. j. & ibi per Imo. contra Bar. per istum ter. & gl. in l. Heremius. ff. de vsu. ¶ Iurta hic not. per Bar. adde que not. in l. si quis bonorum. de leg. j per Bar. late in l. in fideicom. ad Treb. & vide Bal. in l. fi. §. sed qr. §. communia de leg. & Bart. in l. quoties. ff. de leg. j. & Ang. in d. l. si quis bonorum. tenet opi. Ly. hic, quod adita hereditate fructus rei testatoris debeãtur nisi heres legata ignorans fructus consumpserit. Alleg. hic not. per Lyn. & an ista materia procedat in fructibus seminatis a testatore, vide Bal. & Imo. in fi. l. si quis bonorum.

* CLAVD. DE SEISS. ¶ Dicũt. Limita istud vt per Alex. in l. pen. per illum ter. §. de his quib. vt indig.

Ad senatusconsl. Treb. Rubr. XLVIII.

LEX I.

1 ¶ Qua actione repetat solutum creditoribus ille qui hereditatem restituit.

a **Ex senatusconsl.** a Qui hereditatẽ restituit, repetit quod creditoribus soluit. h. d. † Querit glo. qua actione possit repeti. & gl. videtur dicere actiõe negotiorum gestorum. Vide glo. Doct. hoc non videntur sequi, nisi quando heres soluisset post restitutionem. Nã si ante factam restitutionem, tunc non gessit negotium fideicommissarij. sed suum proprium, ideo deberet repetere per actionem in factum, vt l. praetor in princ. ff. de bon. aut. iud. poss. d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si ex senatus. Vide Barto. in l. sed & si posses. ff. de iureiur.

LEX II.

1 ¶ Heres an possit cogi ad soluenda legata, si portio fideicommissario non sufficit.

2 Heres an teneatur restituere, quando es alienũ absorbet totam hereditatem.

Deum. Onera hereditatis inter heredem, & fideicommissarium diuiduntur pro rata. h. d. Op. & videtur quod heres non debet sustinere onera legatorum, immo quartam suam debet habere sine aliquo onere, vt ff. eo. l. j. §. pen. Sol. Intellige quod hic restituit rem, vt puta dimidiã hereditatis. Unde apud heredem remansit vltra quartam, et hec potest esse satis bona, & de necessitate oportet sic intelligi. vt dicam. j. Si vero dicas quod quartam tantum retinuerit heres, tunc dicas quod apud heredem remanerent onera debitorũ. pro rata portionis, non legatorum: tamen ter. non põt intelligi sic, qr

1 expresse dicit de oneribus legatorum. † Quero vtrum heres possit cogi ad soluendum legata. si portio fideicõmissaria nõ sufficit. Blo. videtur dicere quod sic, quod intellige dum tamen apud he-

1 redẽ remaneat quarta integra, sine onere. ¶ † Itẽ querit gl. quid

a si tantum est es alienum, quod totam hereditatẽ absorbet. Bl. dicit quod tunc nihilominus valet fideicom. vniuersale. Iz heres possit cõuenire insolidum. Hoc aduertite, vos debetis scire quod legata, & fideicõmissa particularia, si es alienũ absorbet totã hereditatem extinguntur, vt §. de leg. l. si vniuerse. Fideicommissum vero vniuersale an extinguatur, gl. videtur hic dicere quod non. Ter. tũ videtur contrarium dicere in l. successores. §. tit. j. Possumus dicere, quod si quidem heredis interest illã hereditatẽ quãtumcunq; non soluendo non restituere, vt puta, qr ipsemet heres erat creditor, vel solueret creditoribus, tunc nõ cogatur ad restitutionem, vt d. l. successores. alias secus. Ita intelligitur ista gl.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Hereditatẽ. an & qũ es alienũ abstulit patrimoniũ extinguatur fideicõmissum vide Rom. in l. Marcel. in princ. ff. eod. dicit quod per istam gl. est casus in l. si heres ab eo. ff. eo.

LEX III.

Iper fideicommissum. Ex fideicom. Repi. relictum a venientibus ab intestato, minuitur per Treb. h. d.

LEX IIII.

a **On iustam.** a Ista est bona lex & habeo ego istam l. pro singulari, & nescio huic legi dare concordantiam, & h. d. Herede rogato decedente ante aditam hereditatem post iussum, fideicommissum potest peti tanquam ab eo adita fuisset hereditas. h. d. Op. quod iste fideicommissarius non poterit cogere aliam adire, qr sua non intererat. Nam eodem modo poterat petere a substituto, quemadmodum ab ea. vt hic in fi. dicitur. Respon. immo intererat sua, quia forte substitutus erat grauatus debitis. Item substitutus poterat legitime retinere ex persona sua quartam quod non posset institutus, vt hic in fi. dicitur. Opp. ille qui habet substitutum vulgarẽ, potest repudiare ex presumpta voluntate testantis, vt l. quia autem. ff. si quis omis. cau. testa. Sol. Hic repudiauit in fraudem, vt videtis in l. j. §. si omis. caus. test. Item op. dicitur hic, quod relicta ab instituto videntur tacite repetita a substituto cõtra ff. de leg. ij. l. Celsus. §. pen. Sol. Ibi hereditas fuit p non scripta quod dic. vt dicam j. de cadu. tollẽ. §. his ita. ¶ Item op. ff. de leg. ij. l. j. §. fi. Sol. Ibi hereditas venit ad alios ab intestato. nõ ex dispo-

b tione defuncti. b ¶ Item op. & videtur quod hic substitutus potest adhuc retinere quartã ex sua persona, qr ipse nõ fuit coactus. Bl. soluit, quod coactio facta de instituto, nocet huic substituto. ¶ Contra hoc op. qũ institutus decedit ante aditã hereditatẽ, fideicommissum non potest deberi ab eo, vt l. ille a quo. §. si de testamẽto. ff. eo. Si igitur non debetur ab eo ergo eius persona nõ nocet substituto. Rñ. quod illud quod dicitur, q̃ herede decedẽte ante aditam hereditatem fideicommissum extinguitur, est verum ante aditam hereditatem. & ante iussum de adeundo, secus si post iussum, licet ante aditã hereditatẽ vt hic. & dixi tibi in l. eam quam. §. de fideicom. in illa q. quando heres heredis possit cogi.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Non iustam. An semper preferatur fideicommissarius substituto, vide Bar. & Doct. in leg. ij. de vulg. & pupil. sub. fti. in iij. qõ. in princ. & in verbo. dubitatur.

b P. PAV. P. ¶ Ex dispositione defuncti. An ille qui tempore mortis non est proximior sed post mortem defertur, dicatur venire ex voluntate defuncti. vide que scripsi ad Barto. in l. si quis cum nullum. ff. de iure codicillo.

LEX V.

Et sine. Etiã ab intestato põt relinqui fideicommissum & locus est deductioni quarte. h. d. Querit gl. qua actione cogatur quis restituere. Breuiter ista est veritas. Per officiũ iudicis cogitur quis adire. p actionem ex testamẽto restituere. Ita tenent gl. hic & ff. eo. l. si legatus. in princ. & l. postulante.

LEX VI.

a **Iubemus** a Ista est no. l. valde, & singularis, volo eam legere p particulas. Breuiter dicit. Quando filij rogati pro hereditate restituẽda fratribus, vel eorum filijs fructus non computantur in quartam Treb. sed eam debent habere de defuncti substantia. h. d.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Iubemus. An dum in hac l. dr fratrem non restituere fructus nec in quartam cõputare, aduerte per casum in l. in fideicõ. §. cũ Pollidius de vsu. iucta l. qõ his de leg. iij. & qr no. Bart. & Imo. in l. cũ filio circa fi. Ja. de Are de leg. j. hanc l. limita no. secundũ gl. in c. Ray. super ver. lite contest. de test. An aũt isti. fructus computẽtur in legitimã vide no. in l. Papinia. §. vñ. ff. de inoffi. te. quid isto casu in relicto cã cõditionis implende vide bar. in l. filium. §. fami. erc. in lectura A50. & ibi Bal. & an idẽ sit in patrẽtibus primi gradus dicqõ non. vt l. filiusfa. ff. ad l. Falci. & ibi doc. & hec lex procedit etiam si filiusfam. fuit in mora restituendi fm gl. no. & ibi Imo. in l. in fideicõmissariam in prin. ff. eo. vide ibi in c. Ray. in gl. in ver. a tempore lit. contest. & ad istam l. vide Imo. in l. scribit. ff. eo. Bal. in l. balista. Bar. in l. in fideicõmissariam. & in l. postulante Stycho. §. j. ff. eo. ¶ Adde dum hic dicitur q̃ qũ filij fuit rogati restituere hereditatem filijs non computauit fructus, qõ Pau. de ca. dicit idẽ puto. & multo fortius quãdo extraneus, nam si aduersus proprios liberos habent hoc priuilegium, multo magis debent habere aduersus extraneos. & dicit mirari qõ doc. hoc non tangant, sed hoc suum dictum non videtur procedere ab ea que consuiuit Abb. consi. lxxxvij. lib. j. quod licet filijs rogatus restituere, filijs non prestet satisfactionem. tamen si sic rogatus restituere patruo, debeat satisfacere, cum contrariũ videbatur dicẽdum ex maioritate rationis. qr extraneus erit magis ingratus. & ibi refert. qõ hoc motiuum fecit vacillare Ly. hic, & qõ respondet quod lex non debet extendi vltra personas nominatas. pro qua opin. ipse Abb. allegat duas gl. vnam in l. j. ff. vt clg. nomine in verbo, semper aliam in l. filio. eo. tit. Scias etiam